



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigesimo-Octavo De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Penes quem sit potestas statuendi impedimenta tum impedientia, tum
dieimentia. Pun. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

cap. 9. num. 8. Nauarr. *conf. 14. & 32. de sponsalib. in noua edit.*
 Petr. de Ledem. *de matr. quæst. 4. art. 5. concl. 2. ante ultimam*
dubium. Sanch. Bonac. Reginal. Coninch. Gaspar Hurtado,
 Barbosa *loc. alleg.* testanturque plures ex iis Doctoribus; vi-
 delicet Nauarr. Sanch. Petrus de Ledema, Coninch. Hurtado
 Pium V. sic declarasse, & sacre poenitentiarie prætorium ea
 declaratione frequenter vti. Rationem huius conclusionis,
 quando impedimentum se tenet ex parte vnius tantum, asse-
 runt plures ex dictis Doctoribus esse, quia Conc. Trident. so-
 lum obligat ad præsentiam Parochi, & testium apponendam
 matrimonio celebrato: at in præsentia non matrimonium ce-
 lebratur, sed eius defectus suppletur sublato metu, vel fictio-
 ne. Hæc tamen ratio mihi displicet. Nam vt ex superioribus
 constat, matrimonium quod nullum fuit ex impedimento se
 tenente ex parte vnius, consensu vtriusque est renouandum,
 ac proinde cum de facto renouatur non solum matrimonij
 defectus suppletur, sed verum matrimonium fit. Quare ratio
 vnicæ conclusionis ea est, quia finis Conc. Trident. *sess. 24. cap.*
1. de reformat. statuens, ne matrimonia sine Parocho & tes-
 tibus celebrantur fuit impedire valorem matrimonij, quod
 antiquo iure clandestinum erat, & ex quo sequi poterat illud
 grauissimum inconueniens, quod coniuges ad alias nuptias
 transirent, vt constat ex præmio prædicti decreti. At oc-
 culto impedimento ligatus contrahens matrimonium in fa-
 cie Ecclesiæ, nunquam prohibitus fuit cognita nullitate se-
 cretò matrimonium renouare, neque illud matrimonium
 sic reualidatum iudicatum fuit clandestinum, neque ex illo
 orti poterant inconuenientia, quæ à Concilio ponderantur.
 Ergo hoc matrimonium sub prædicto decreto comprehen-
 sum non fuit, ac proinde tanquam casus omisus metri de-
 bet iuris communis regulis. Et confirmatur, quia solum il-
 lud matrimonium censendum est clandestinum, quod Eccle-
 siæ clandestinum reparat. At matrimonium coram Parocho
 & testibus celebratum, nullum tamen ob occultum impedi-
 mentum, quod postmodum secretò reualidatur, nunquam
 Ecclesia illud iudicat, ne iudicare potest clandestinum esse,
 sed æquè iudicat illud legitimum, ac quodlibet aliud matri-
 monium. Ergo hoc matrimonium in prædicto decreto Con-
 cilij non irritatur.

3 Notanter dixi *impedimento occulto*; nam si publicum est, eo
 quòd multi impedimentum sciunt, vel ad forum contentio-
 sum sit deductum, vel saltem sit impedimentum, quod plene
 probari potest duobus inquam testibus iuxta *c. quorundam de*
Testibus; teste Mascard. *de probat. conclus. 4. no. num. 19. uncto*
num. 9. qui testes debent esse omni exceptione maiores, vt
 docet idem Mascard. *concl. 1023. num. 3.* necessarium reualidan-
 dum est matrimonium coram Parocho, & testibus: nam cum
 hoc matrimonium ad petitionem vnius partis dissolui possit,
 non constat Ecclesiæ firmiter de eius valore, ac proinde vt
 Ecclesiæ sic constet, vt nulla ratione illud valeat dissoluere,
 necessum est iterum coram Parocho, & testibus renouari,
 vt bene aduertunt Henricq. *lib. 11. cap. 3. num. 6.* Sanch. *lib. 2.*
disputat. 37. num. 11. Coninch. *disputat. 24. dub. 10. num. 84.*
 Rebell. *lib. 2. quæst. 9. Gasp. Hurtado disput. 3. difficult. 11. num. 43.*
 Non tamen dicendum est impedimentum esse publicum, cum
 tres vel quatuor scirent impedimentum solum ex relatione
 coniugis, quia eorum scientia non præstat sufficiens testimo-
 nium ad matrimonij dissolutionem, cum non sit maioris ef-
 ficacitatis, quam à tum, & confessio ipsius coniugis, vt bene
 notatur Sanch. & Henricq. *supra.* Qui idem censent & bene
 si impedimentum sit deductum ad forum contentiosum, & ibi
 non fuit probatum, nec probari plene potest, quia in iis casu-
 bus Ecclesia iudicat, & iudicare semper debet validum esse
 matrimonium, nec permittit coniuges separari.

4 Præterea inquit Sanch. *dicta disput. 37. num. 10.* si Parochus,
 vel aliquis ex testibus matrimonio necessariis impedimentum
 agnouerint, matrimonium coram Parocho, & testibus reua-
 lidandum esse, quia Ecclesiæ non plene constat de eius valo-
 re. Nam in tantum constat Ecclesiæ matrimonium validum
 esse, quatenus constat Parocho & testibus necessariis, qui nomi-
 mine Ecclesiæ matrimonio contrahendo assunt. Excipit
 tamen Sanch. nisi Parochus ex sola confessione impedimen-
 tum nouisset, quia cum non possit eam vti notitiã ad testi-
 ficandum, & probandum impedimentum, reputanda est ac si
 non esset. Sed rectius contrarium censet Coninch. *dicta disput.*
24. dub. 10. num. 84. eo quod Parochus & testes non sunt tes-
 tes valoris matrimonij, sed contractus matrimonij secun-
 dum formam ab Ecclesiæ præscriptam, quod optimè præ-
 stant, tamen aliquis eorum agnoscat impedimentum diti-
 mens subesse. Non enim ex vi illius scientiæ, & testimo-
 nio matrimonium contractum dissolui potest, ac proinde
 semper Ecclesiæ constat firmiter validum esse matrimo-
 nium.

5 Restat satisfacere rationibus oppositis. Ratio dubitandi
 ex probatione nostræ sententiæ soluta est; dicimus namque
 hunc casum non esse comprehensum sub dicto Tridentini
 decreto, eo quod nec ratio, nec finis illius legis ad renoua-
 tionem matrimonij in facie Ecclesiæ legitime celebrati ex-

tenditur, & consequenter neque ipsa lex. Declarationi Cle-
 mentis VIII. opponimus declarationi Pij V. ita grauibus
 testibus firmatam. Deinde dicimus in illo casu, sicut in deci-
 sione Roræ adducta à fatinacio necessarium erat coram Pa-
 rocho & testibus renouari matrimonium, quia impedimen-
 tum erat ad minus probabile, & ex consequenti matrimo-
 nium, neque etiam quoad apparentiam subsisteret, vel dic
 esse necessarium vtriusque coniugis consensum coram Pa-
 rocho & testibus renouari non absolute, sed ad omnem se-
 curitatem præstandam, scrupulosque tollendos. Tandem illa
 declaratio esto de impedimento omnino occulto, neque pro-
 babili, & de necessitate simpliciter loqueretur, essetque au-
 thentica; non obinde nos cogit illam sequi, quia vim legis
 non habet, vt potè cui deficit publicatio, sed intra terminos
 feneratoriæ cuiusdam grauis Authoris continetur. Præiudicio
 Commissarij generalis Cruciatæ respondemus sapè privile-
 gia concedi, non quia sint simpliciter necessaria, sed ad tol-
 lendam omnem dubitationem. Præterea fortè extenditur, vt
 inquit Coninch. *d. disput. 24. dub. 10. num. 90.* ad impedimen-
 tum occultum esto probabile fit, modò publicum de facto
 non sit. Ad clausulam, quæ refertur ex sacra poenitentia
 respondet Sanch. *dicta disput. 37. num. 9.* esto virtute illius com-
 missionis dispensare Confessarius non possit, vt occultè cele-
 bretur matrimonium, potest tamen dispensare in impedimen-
 to, quo sublato possunt coniuges inter se secretò contrahere,
 quia ipsi non videntur, obligati ad prædictam formam ser-
 uandam, si aliis necessaria non est. Adde illa verba seruata
 formâ Concilij Trident. apponi non in vi conditionis, sed
 in vi monitionis, hoc est monetur Confessarius, vt coniugis
 bus præcipiat, vt matrimonium seruata Trident. formâ cele-
 brent, si id necessarium esse iudicauerit. Non enim videtur
 Pontifex esse vellem onus his contrahentibus imponere, sed
 illos monere de onere à Trident. imposito, si forte illud sibi
 reuocantur.

Quis autem in prædicto impedimento occulto dispensare
 possit, vt coniuges secretò contrahant? per se solus est sum-
 mus Pontifex: in casu tamen vrgentis necessitatis, eo quod
 non sit recusus ad Pontificem, vel ad aliquem qui vices Pon-
 tificis habeat, poterit Episcopus, & Legatus à latere, vel iuris
 dicemus in sine dispensationis sequentis.



DISPUTATIO IV.

De matrimonij impedimentis, eorum-
que dispensatione.

Onstat ex Conc. Trident. *sess. 24. can. 4.* esse in
 Ecclesia ob bonum commune, reuelari que sacra-
 menti matrimonij administrationem aliqua
 impedimenta impedientia tantum; hoc est
 que impediunt, seu prohibent ne contrahatur
 at si de facto fuerit contractum, & firmum relinquunt.
 Alia appellantur dirimentia, quia matrimonium validum
 dirimant (hoc enim est impossibile) sed quia dirimunt autem
 contractum impeduntque ne ratum fiat.

PUNCTVM I.

Penes quem sit potestas statuendi impedimen-
tum impedientia, tum dirimentia?

- 1 Pontifici concessa est hac potestas.
- 2 Alteri à Pontifice datum non est matrimonij impedimentum
fidelibus statuere.
- 3 Magistratus civiles Christiani nequeunt circa matrimonij
fidelium disponere.
- 4 Optimè possunt circa matrimonia infidelium sibi subsciri-
num.
- 5 Consuetudine mutari, vel constitui impedimenta possunt.

Nemini Catholicorum dubium esse potest penes Pontificem
 sicem comparatione fidelium potestatem esse statuendi
 ea impedimenta tum impedientia, tum dirimentia, quæ
 bono communi Ecclesiæ rectæque illius gubernationi expe-
 dire iudicauerit, vt constat ex Conc. Trident. *sess. 24. can. 4.*
 ibi. Si quis dixerit Ecclesiam non posse constituere impedimenta
 matrimonij dirimentia, vel in iis constituendis errasse, anathema
 sit. Neque ex hac potestate inferri posse Ecclesiam ma-
 teriam, vel formam matrimonij, quas Christus Dominus in
 Sacramentum eleuauit, aliqua ex parte mutare (id enim per-
 missum non est). Etenim materia & forma Sacramenti matri-
 monij non est quilibet contractus, sed contractus qui ab Ec-
 clesia validus, & firmus fuerit habitus, non tamen contra-

aus irritus, & nullus. Poteft autē Ecclesia matrimonij contra-
ctum inter has, vel illas personas, vel absque hac, & illa so-
lemnitate celebratum irritum, & nullum decernere, aliter fa-
ctum validum statuere. Quo pōsto decreto Sacramentum
matrimonij inter illas personas inhables, vel absque illa so-
lemnitate ab Ecclesia requisitū nullum erit, quia nullus est
contractus, cui ratio Sacramenti inniti debebat.

Alteri à Pontifice datum non est matrimonij impedimenta
fidelibus statuere: nam esto Episcopi in sua diecesi hanc
potestatem habent ex vi sui muneris, vt docet Couarru. 4.
decret. 2. p. cap. 6. §. 1. Sanch. lib. 7. disp. 1. Basil. lib. 6. c. 1. in fine.
Galpar Hurtado disp. 12. difficult. 2. num. 5. quod negant Sua-
rez 1. 5. de censur. disp. 7. sect. 4. n. 5. Coninch. disp. 30. dub. 1. n. 3.
& 8. At certum est de facto ea potestate carere, solumque Ponti-
fici referuari, vt docent Couarr. Sanch. Basil. & Coninch. locis
allegatis. Et Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. 4. p. c. 1. eo quod ma-
trimonij impedimenta statuere censetur causa grauissima,
quæ merito à prima Sede prouenire debent.

Hinc inferitur nullatenus Magistratibus ciuilibus Christianis
permisum esse circa matrimonia fidelium disponere ea
impediendo, vel irritando, aliòve modo mutando. Argumē-
tum de ordine cognitionum. Cap. multorum 3. §. 6. Cap. cum se-
cundum Apostolum, de secundis nuptiis. Et colligitur ex Tri-
dent. sess. 24. can. 12. Quippe matrimonia fidelium Sacramenta
sunt, ac proinde eorum dispositio penes Ecclesiam esse de-
bet, vt rectè Bellarmin. lib. 1. de matr. cap. 32. Quapropter et si
Coninch. disp. 30. dub. 1. num. 7. Sanch. lib. 7. disp. 3. à n. 2. Hen-
riq. lib. 12. cap. 1. initio, censent fideles subiectos Principibus
Ethnicorum, astringi impedimentis iuxta leges eorum ciui-
lis statutis, eo quod matrimonium est Sacramentum sit, est
tamen contractus potestati ciuili subiectus, sicut omnes alij
contractus, longè verius est ab illis impedimentis exemptos
esse, & solum impedimentis ab Ecclesia statutis ligari. Tum
quia fidelium matrimonium eo ipso quo à Christo in Sacra-
mentum eleuatum est definit esse contractus ciuilis, & politici-
cus, & sit sacer, & Ecclesiasticus, ac proinde soli Ecclesie
subiectus. Tum quia Ecclesie plurimum interest, vt omnes
eius subditi vniformes sint in matrimonio contrahendo. cre-
dendumque est, vt hæc seruetur vniformitas fideles sibi sub-
ditos exemisse à legibus de matrimonij valore, vel nullitate
disponentibus: sicut tradunt Sotus in 4. d. 42. q. 2. art. 2. Co-
uarua. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 1. Basil. lib. 6. cap. 2. à n. 3. Layman. lib.
5. sum. tract. 10. 4. p. c. 1. n. 3. Galpar Hurtado disp. 12. de matr.
difficult. 2. num. 7. Possunt tamen prædicti Magistratus plura
decernere, quæ matrimonij substantiam nec mutant, neque
impediunt, sed sunt illi extrinsecæ, & accessoria, vt circa do-
tem, circa arras, & sponsalium largitatem, donationem
inter coniuges, & familia, vt bene aduertit Basil. Ponce, lib. 6.
cap. 2. in fine num. 5.

Consulto dixi non posse Magistratus sæculares aliquod
impedimentum annullans matrimonium fidelium statuere,
tacite indicatè optime posse pro matrimoniis infidelium
qui sibi subdantur ea impedimenta decernere. quæ recto re-
gimini sibi visa fuerint congruere, quia eorum matrimonium
est contractus ciuilis, & politicus, ac proinde factus potestatem
habent defendendi leges irritantes alios contractus ciuiles, sic
in matrimonij contractu procedere possunt, vt colligitur ex
cap. gaudemus, de dinorijs. Et tradit Glossa in cap. si quis an-
tillam, verbo legibus. 2. q. 2. D. Thom. in 4. d. 39. q. vnica. art.
1. ad 4. Baldan. disp. 26. q. 4. art. 3. in solut. ad 4. Sotus disp. 39. in
sol. ad 3. Bellarmin. lib. 1. de matr. c. 2. §. 22. Sanch. alijs rela-
tis lib. 7. disp. 3. à n. 5. Basil. Ponce, lib. 6. c. 1. num. 2.

Supererat dicendū, An matrimonij impedimenta à Pontifice
statuta tolli consuetudine possint, vel alia de nouo constitui?
Sed huic difficultati abundè satisfacimus tract. 3. de legib. disp.
3. de consuetud. ubi enim, specialiter punct. 4. probauimus con-
suetudinem legitimè præscriptam habere vim abrogandi le-
gem, & aliam denuo constituendi, quia illam abrogat, & con-
stituit ex tacito consensu Principis, vt latius tradit in præsentis
Sanch. lib. 7. disp. 4. num. 1. & seqq. Basil. Ponce, lib. 6. cap. 4.
n. 6. Coninch. disp. 30. dub. 1. à n. 12. Galpar Hurtado disp. 12.
difficult. 2. n. 8. & alij communiter.

PUNCTVM II.

Quæ sint impedimenta impediencia tantum?

Impedimenta impediencia tantum in duplici sunt differen-
tia. Quædam procedunt ex crimine, quædam non. Quæ ex
crimine oriuntur his verbis continentur.

*Incestus, raprus sponsa, mors mulieris.
Susceptus propria sobolis, mors presbyterialis.
Vel si pariter solemniter, aut mortalem
Accipiat: prohibent hæc coniugium legitimum.*

Quæ verò ex crimine non procedunt verbis sequentibus
explicantur.

Ferè, de Castro. Sum. Mor. Part. 6.

*Ecclesia vetitum, necnon tempus feriatum,
Argue cathecismus, sponsalia iungio votum.
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.*

§. I.

Explicantur impedimenta impediencia non orta
ex crimine.

- 1 Expenditur primum impedimentum impediens, quod est Ec-
clesia vetitum.
- 2 Ex vi huius prohibitionis non irritatur matrimonium, sed
solum impeditur.
- 3 Secundum impedimentum est tempus feriatum.
- 4 Explicatur materia huius prohibitionis.
- 5 In prædicta lege nequit alius à Pontifice dispensare.
- 6 Tempore interdicti, & cessationis à Diuini matrimonium so-
lemniter celebrari potest.
- 7 Tertium impedimentum est cathecismus, & qualiter intel-
ligatur.
- 8 Plures Doctores censent hoc impedimentum iure nouo Conc.
Trident. sublatum non esse.
- 9 Communior est sententia opposita.
- 10 Debet Parochus nomina Patrinorum qui solo cathecismo
assistunt in libro notare.
- 11 Quartum impedimentum est sponsalia, in quo solus Ponti-
fex dispensare potest.
- 12 Quintum est votum simplex non nubendi, Ordines susci-
piendi, ingrediendi Religionem, & castitatem seruandam,
& qualiter obliget?
- 13 Proponitur ratio difficultatis, an prædictum impedimentum
obliget, etiamsi animum habeas Religionem ingrediendū
ante consummationem?
- 14 Verius est prædicta vota impedire.
- 15 Si post aliquod ex prædictis votis virginem desponsasti absque
promissione coniugij, voto teneris.
- 16 Imo esto vi, dolo, aut fraude violasses.
- 17 Si sub promissione coniugij violatio facta est, & ipsa fuit voti
scia voti non excusaris à voto. At si ignara fuit, voto
executio suspenditur, & matrimonium contrahere debes
petita dispensatione.
- 18 Quid si nullà impetratā dispensatione matrimonium con-
trahis.

Primum impedimentum impediens tantum enumeratur,
Ecclesie vetitum, hoc est quando à Pontifice, vel Episco-
po, seu eius iurisdictionem habente, imò & à Parocho, vt
placet Paludano in 4. d. 34. q. 1. art. 1. concl. 4. Syluestro verb.
Matrimonium 7. q. 1. numero 2. Nauarr. cap. 22. num. 68. Saa, de
impedimentis matrimonij non dirimentibus numero 1. Sanch. lib.
7. disputat. 6. num. 6. Basilio Ponce, lib. 6. cap. 7. num. 2. Coninch.
disputat. 20. dub. 3. num. 2. Galpar Hurtado. disp. 25. difficult.
1. prohibetur coniugibus matrimonium saltem ad tempus:
potest enim Parochus ad sedandum scandalum, vitandas ri-
xas, inuestigandum impedimentum, vel in alicuius felici
venerationem nuptias interdicerè extraiudicialiter pro aliquo
tempore.

Quo præcepto coniuges obligantur, nisi manifestè iniu-
stum videatur, quod nunquam est præsumendum. Obligan-
tur autem plerumque sub mortali, quia materia grauis est,
vt satis colligitur ex cap. 1. de matrimonio contra interdictum
Ecclesie, ubi transgressores huius præcepti in poenam ad tem-
pus arbitrio Iudicis designandum separantur, quæ pena
cùm grauis sit, indicat culpam esse grauem. Atque ita docet
Sanch. lib. 7. disp. 17. n. 4. Basil. Ponce, lib. 6. cap. 7. num. 8. Co-
ninch. disp. 30. dub. 3. initio. Galpar Hurtado, disp. 25. de matr.
num. 1. Consulto dixi plerumque. Nam aliquando solum hoc
præceptum sub veniali astringere potest, vt Sanch. & Basil.
loc. alleg. docuerunt, nempe si in venerationem alicuius
festi prohibitio matrimonij eo die fiat. Non enim videret
grauiter offendi festi veneratio; tamen matrimonium cele-
bretur.

Ex vi tamen huius prohibitionis à Parocho, vel Episco-
po lata matrimonium non irritatur, neque irritari potest,
quia ipse datum non est impedimentum dirimens matrimo-
nio contrahendo statuere. Quinimo esto à Pontifice lata sit,
si clausulam irritantem non habeat, solum impedit mat-
rimonium, non dirimet, vt habetur cap. 1. & 2. de matrim.
contracto contra interdictum Ecclesie. At si clausulam irri-
tantem habeat, vt habere potest, si adsit rationabi-
lis causa matrimonium non subdites, potestatem enim habet
Pontifex causâ iustâ intercedente inhabilem reddendi singu-
larem personam ad matrimonium aliquod contrahendum,
sicut potest sua generali constitutione, vt rectè ponderauit
Basil. Ponce, lib. 6. cap. 7. à n. 5. Et colligitur ex cap. ad dispen-
sandum, de desponsat. impuberum. Cap. rursus fratres, de spon-
sa duorum.

L. Secun